

Universitätsbibliothek Wuppertal

Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurus Grammatico-Criticus Et Archæologicus

Hickes, George

Oxoniae, 1705

Inhaltsübersicht

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1559)

INDICIUM

H U J U S

Dissertationis.

- I. **I**NTRODUCTIO, in qua Auctor declarat se in *Dissertatione* sua de *Linguarum Vest. Septentrionalium* usu, jucundum ab utili non fecernere. Codices in lingua *Anglo-Saxonica* mss. quid à Majoribus dictum, quid actum, quid doctum, quid constitutum; qui eorum mores, & consuetudines, quæ virtutes, quæ vitia; denique qui fuit apud eos *Reipub. & Ecclesiæ* status, ostendunt, pag. 1, 2.
- II. Inchoat Auctor *Dissertationem* suam ab iis, quæ acta sunt apud *Anglo-Saxones* in *Comitiis* five *Curii Comitatum*, utpote quæ primordia sunt, ex quibus jus nostrum *Civile*, & *Consuetudines Forenses* nascuntur. *Commentarius* five *Recordum Curie Comitatus Herefordensis*, *Saxonice*. pag. 2. idem *Latine* versus. p. 3.
- III. Undecim animadversiones in *Acta Curie Com. Herefordensis*. pag. 3. Regis negotia in *Comitiis Comm.* tractari, & geri solebant. Id amplius probatur ex *Causa*, quæ acta fuit *Saxonice* inter *Winfledam & Leofwinum* in *Comitiis Com.* pag. 4, 5. *Acta Comitiorum* istorum *Latine* versa, ubi *Dissertatio* in *Margine de Signis & Sigillis*, & nonnullæ chartæ *Sax. Ecclesiæ Exoniensis* fictitiæ esse evincuntur. pag. 5, 6, 7. Chartæ apud *Anglo-Saxones* bipartiri & tripartiri haud secus, ac apud nos membranarum *INDENTURÆ* per dimidiatos characteres majusculos solebant, pag. 8. ubi in *Margine de Forensi* nostro *EXONIO*, *Anglicè* *Essoin*. An *Brevia* originalia dari solebant è *Curia Anglo-Saxonum*. pag. 8. *Causæ* apud *Anglo-Saxones* summarè & simplici modo agi solitæ. pag. 8.
- IV. Mos erat apud *Anglo-Saxones* in libros qui in *Cœnobiorum Bibliothecis* asservati erant, tanquam in tabulas publicas, acta *Curiarum Comm.* referre; ut & emptiones, venditiones, donationes, &c. Id amplius probatur ex *instrumento* emptionis & venditionis contractæ inter *Leofwinum & Adricum*, &c. pag. 9. ubi in *marginè* de *Feodo Restricto*, seu *conditionali*, apud *Anglo-Saxones*. *Instrumentum*, five *emtionis contractus*, quo *quidam* Se, & *Suos* à *servitute* redemit in *Curia Urbis Bathonensis*, è *Bibl. C. C. C. C.* descriptum. pag. 10. ubi sequuntur multa id genus alia *Saxonice*. *Donatio Ealburgæ Saxonice*. pag. 10. *Conventio Eldredi Lifingefunii* cum *Wulfrico Abbate*, *Saxonice*, *ibidem*.
- Commentarius* five *Recordum* terrarum cujusdam *Gilebeardi*, *Saxonice*. *Ibid.* De celeberrimo codice *Evangeliorum* ms. *Ecclesiæ Lichfeldensis*, qui vulgo vocatur *Liber S. Ceadæ*: & de *S. Teliao*, *Landarvensis Ecclesiæ* patrono. pag. 11, 12.
- V. In membranis liturgicis contractus suos scribendi mos apud *Anglo-Saxones* fuit. pag. 12. id probatur ex *Manumissionibus servorum*, pro quibus redimendis contractum erat in publicis *Comitiis*, ut & *Curii Urbium*, & *Hundredorum*. Quarum *Manumissionum & redemptionum* servorum formulæ multæ habentur notatu dignæ. pag. 13, 14, 15. inter quas notanda maxime est illa *Willelmi*, *Episcopi Exoniensis*, quæ ansam Auctori dedit exhibendi *Chartam*, ut putat, *Commentitiam*, *Ecclesiæ Exoniensis*, in quâ dicitur *S. Eadwardus R. Leofricum* *Episcopum* per dextrum brachium ducens, & *Eadgytha* ejus *Regina* per sinistrum, in novæ sedis *Cathedra* *Episcopali* illum constitisse. pag. 16, 17. in marg.
- VI. *Recordum Curie Normanno-Saxonice*, quæ habita erat in *Exoniensi* *Civitate*, *Portreva Alwardo* præfidente. pag. 18. *Recordum* privilegii *Normanno-Sax.* quo *Osburnus Exoniensis* *Episcopus* indulgit monachis *S. Nicolai*, ut pulsarent *Campanas* ad horas suas die nocteque significandas. pag. 18. *Sodalitia* five *Fraternitates*, quas *Episcopus & Canonici Exonienses*, cum aliis, piis *Laicis*, instituerunt ad conservandam *charitatem & pietatem* promovendam. pag. 18, 19. *Sodalitium* institutum à *Wulstano* *Episcopo Wigorn.* cum *Præfectis*, & *Fratribus* *vii* *Monasteriorum*, quo stipulati sunt se *Deo* *obedientes*, & *Regi* *fideles* fore, & multa alia *charitatis & pietatis* officia se præstituros, *Saxonice*, è *Bibl. C. C. C. C.* pag. 19, 20. *Sodalitium Cantabrigiæ* institutum; ubi refutatur *G. Somnerus*, qui in *Dictionario* suo *Anglo-Saxonico* transfert hæcena *gild*, *Gentlemen-hall*. pag. 20. *Sodalitium Exoniense*. pag. 21, 22. sequuntur *manumissiones* *Servorum*, & *Servarum*, in urbe *Bathonensi*, cum *conventionè* inter *Priorem* & *monachos Bathonenses*, & *quendam Sæwium*, & *uxorem* ejus *Theodgifam* de *domo & terris* eorum. pag. 22, 23. Auctor rationes dicit, propter quas tot *Manumissiones* *Servorum* ex
4 b
vetustis

- vetustis mss. descripsit. pag. 23. ubi rationes etiam declarat, quibus inductus nomina testium & fere semper cognomina omnia, quæ actis subscripta cernuntur, tam diligenter descripsit. ubi etiam dissertatiuncula de cognominibus, quæ in gentilia sunt conversa, & de tempore in quo primum prænominibus addi cœperunt. pag. 23, 24, 25, 26, 27, 28. ubi in margine nonnulla *Anglo-Saxonice* è ms. quodam Bibl. *Cottonianæ* proferuntur, quæ prima facie probare videntur nomina gentilia apud *Anglo-Saxones*, in usu fuisse, quod tamen non re ipsa probant.
- VII. Duo Instrumenta *Saxonice*, quæ demonstrant ea perfectam & plenissimam firmitatem habuisse apud *Anglo-Saxones*, quæ in Curiis acta & testata erant. pag. 29.
- VIII. De *Curia Comitatus* dignitate, amplitudine, & auctoritate apud *Anglo-Saxones* & *Anglo-Normannos*. pag. 30. *Willelmus I. Anglicum* regnum bello conquirit. pag. 31. in marg. & 32. in marg. Placitum apud *Pinendenam*. Placitum in *Com. Cantwarensis* Curia inter *Roffensem* Episcopum, & *vicecomitem*. pag. 31, 32, 33.
- IX. Incipit Dissertatio de *Causarum Duodecimvirali* iudicio, & ejus origine. pag. 33. Mos iste audiendi & finiendi causas non erat in usu apud *Anglo-Saxones*. p. 33. respondetur illorum objectionibus, qui secus sentiunt. pag. 34. per Duodecim Viros juratos judicandi ratio non statim obtinuit, ac incepta est apud *Anglo-Normannos*. pag. 35, 36. Instituta tandem erat ab *Henrico II.* ad tollendam impiam per *DVELLVM* causas terminandi consuetudinem. *ibid.* Ejus origo è *Scania*, unde *Nortmanni*, qui eam in *Angliam* induxerunt. pag. 37, 38, 39, 40, 41. Respondetur Jurisperitorum Argumentis, qui eam ab *Anglo-Saxonibus* petendam contendunt. pag. 42, 43, 44, 45, 46. de *Curia Cancellariae*, & *Rescriptorum Forensium*, quæ *Brevia originalia* dicuntur, origine apud *Anglo-Normannos*. pag. 46, 47, 48, 49, 50.
- X. De *Re Testamentaria Anglo-Saxonum*. pag. 50. *Byrhtici* & *Ælfwithæ* uxoris ejus *Testamentum*, *Saxonice* & *Latine*. pag. 51, 52. ubi in nota ad verbum *Regina*, multa de *Anglo-Saxonico* *Hlypbia*, in quibus defenditur *R. Bradeius*, qui verba *W. Malmshuriensis*, *Si eam (Matildam) in Dominam reciperet*, *Anglice* reddidit, **If he would receive her as Queen.** *Testamentum Wulfari*, *Saxonice*. p. 54. ubi in marg. ostenditur, *Anglo-Saxones* servorum & ferrarum *prædialium* nomina mandasse literis, ut bonorum suorum partem, quæ cum prædiis legare fas esset. *Badanotbi Beoltingi* testamentum *Saxonice*. pag. 54. *Abba* vicecomitis Testamentum, *Saxonice*, qui terras suas Relictæ suæ fruentas dedit, dum Vidua manens à secundis nuptiis abstineret. pag. 55. permixtum erat marito & uxori, ut conjunctim Testamentum facerent apud *Anglo-Saxones*. pag. 56. Lex nulla *Anglo-Saxonum* requirebat, ut Annus, quo testamenta facta erant, à tabellionibus notaretur. pag. 56. Tempus, ex quo Testamentorum usus apud eos receptus erat. *ibid.* Quis apud eos legitimus Testium numerus, quibus coram Testatore uno eodemque tempore subscribentibus & consignantibus Testamentum erat jure factum. pag. 56, 57. Auctoris ea de re sententia, ubi probat testium numerum eum fuisse, quem *Jus Civile Romanum* statuit, ita tamen ut in extrema vitæ lucta agens, uno adhibito, eoque gravi, & optimæ fidei teste, recte testaretur. pag. 57. Id probatur ex ms. Narratione Testamenti cujusdam *Ælfegi*, qui moribundus testamentum suum fecit, singulari Teste adhibito, *S. Dunstano* Archiepiscopo *Cantwarensi*, quod in lite de eo mota, *Comitatus Curia* nihilominus jure factum esse videbatur. *ibid.* Apud *Anglo-Saxones*, quemadmodum apud *Romanos*, quis unum Testamentum pluribus Codicibus conficere potuit. *ibid.* non apud eos mos erat instituendi hæredes fideicommissarios, quos *Practici EXECUTORES* vocant: id ex eo venisse Auctor putat, quod *CURIA* pro hærede gereret, vel saltem aliquem è Legatariis loco hæredis fideicommissarii constitueret, cui Bonorum possessionem dabat, ut ea quæ relinqueret, & quibus reliquerat, Testator secundum Testamenti tenorem restitueret. pag. 57, 58. Hoc ut credat, facit narratio ms. de Testamento *Ælfegi* composita, in qua graviter taxatur *Leofsunius* quidam, qui ducta *Ælfegi* Relicta, & testamentum ejus, ut non jure factum, causans, terras occupabat *BUTAN VITENA DOME*, sine consilio & iudicio sapientum. pag. 57, 58. ubi multa, de potestate quam in causis testamentariis habuit Curia Com. apud *Anglo-Saxones*. Quomodo ab *Anglo-Normannis* de rebus & causis Testamentariis jus comparatum est, *Civili* & *Ecclesiastico* foro divisum. pag. 58. Quomodo Auctor credit jus istud se prius habuisse, quàm divisa fora erant. *ibid.* sequitur narratio de Testamento *Ælfegi*, & controversia de eo mota è textu *Roffensi*, *Saxonice* & *Latine*, in qua traditur *S. Dunstanum* mille Sacramentalium juramentis honestatum, non victorem tantum, sed triumphatorem maximum ex litis istius iudicio discessisse. pag. 58, 59, 60. *Wulffigus* presbyter Curia præpositus erat, cum in controversia ista juramento se adigeret *Dunstanus*. *ibid.* Jurans *S. Dunstanus* Codicem SS. Canonum in altera manu tenebat; Qui forte ille Codex ms. Canonum est, cui in Bibliotheca Bodleyana jam nunc extanti vetusta manu in dorso inscribitur *CODEX S. DUNSTANI*. pag. 60. Codicem SS. Canonum, ut officii sui insigne, in Curiis prætorum habebat Episcopus apud *Anglo-Saxones*. *ibid.* Codice isto, & Canonibus ipsis nihil sanctius populo *Anglo-Saxonico*, apud quem in publicis regni Comitibus nihil unquam contra Canones Ecclesie statutum erat. *ibid.* Testatorum apud *Anglo-Saxones* aliis Consensus Regius, quo Testamentum sua rata habita essent, impetrandus erat; aliis non. pag. 60, 61. Unde hujus discriminis ratio petenda est. *ibid.* Ubi de beneficiis, sive terris beneficiariis, & feudilibus, apud *Anglo-Saxones*. Testamentum *Ælfrici* Archiepiscopi *Cantwarensis*, *Saxonice* & *Latine*. pag. 62. Ubi ostenditur in margine

gine navium habendarum facultatem, & ab omni Vectigali, vel portorio solvendo immunitatem Archiepiscopis Cantwarensis olim, & Episcopis Roffensis Ecclesie indulgere solitos esse RR. *Anglo-Saxonum*. De re Testamentaria Anglo-Saxonum desideratur justum volumen. Id nonnisi à literarum *Anglo-Saxonicarum* peritissimo accurate scribendum esse, quod quidem quam utilis reipub. literarie Linguarum Vett. *Septentrionalium* est scientia, manifeste docet. pag. 63.

XI. Desideratur etiam de Donationibus *Anglo-Saxonum* justus tractatus, pag. 63. Quo autem ordine, & qua diligentia scribendus est hujusmodi tractatus, ostendit Auctor. In eo scribendo nihil quis præclari præstare potest, nisi literaturæ *Anglo-Saxonice* qui scientissimus est. Talis tractatus, opus singulare esse potest, vel pars Prolegomenon, quæ Chartulario *Anglo-Saxonico*, & *Normanno-Saxonico* præmittenda sunt. Chartularium *Anglo-Saxonicum* & *Normanno-Saxonicum*, & Regios sumptus & Collectorem in literis *Septentrionalibus* versatissimum postulat. Huic quæ evolvida sunt, & quæ ab eo præmittenda in amplissima talis operis præfatione ostendit Auctor. De generibus Chartarum, quæ primo dividuntur in *Autographas* & *Apographas*. De veterum *Manuum* discrimine & *Manuum* distinguendarum peritia. Chartæ veteres, quas Auctor ex Manibus, quibus exaratae sunt, falsas esse, statim ac eas inspexit, cognoscebat. Chartarum aliæ in Majusculis, aliæ in Minusculis, aliæ autem in Intermediis quibusdam literis à majusculis declinantibus exarantur. Exempla earum, quæ in Majusculis scriptæ, rariores sunt. In Majusculis tum scribi solebant Chartæ, cum in iis Codices scribi solebant apud *Anglo-Saxones*, in quibus Instrumentis fori, vel Diplomatis scribendis, nulla ante S. *Eadwardi* II. tempora, qui innovator fuit, propria unquam Scriptura fuit. Exemplum Chartæ, quæ in Intermediis litteris scripta est. De sermonibus & eorum dialectis, in quibus Chartæ apud *Anglo-Saxones* scribebantur. In legendis Chartis etiam animadvertendum est, an voces, & phrasæ, quæ in iis occurrunt, istorum temporum fuerunt, in quibus scriptæ esse dicuntur. Nonnullæ Chartæ quum autographæ, tum apographæ, per voces suas & phrasæ, falsitatis evictæ. Modus conficiendi Chartas apud *Anglo-Saxones*. An Chartæ apud eos *Nontraditæ* perfectum robur habebant? Sine *Insinuatione* etiam Chartæ apud eos valebant. Quibus tamen nihil antiquius, quam in Monasteriorum libris sacris, tanquam in tabulis publicis, eas Insinuare. Modus ille communis conficiendi Chartas supra memoratas non adeo obtinuit, quin ab eo aliquando recessum erat. Signa, quæ Chartis præponi apud *Anglo-Saxones* solebant. De differentia, quæ est inter *Crucis* signa, quæ *Angli* ante *Conquæstum*, & post *Conquæstum Anglo-Normanni* facere solebant. Tres tabulæ rem istam elucidantes. Sigillorum appendentium ante S. *Eadwardi* II tempora nullus *Anglo-Saxonibus* usus. Ubi de *Monogrammatibus*, & eorum usu in Signandis literis *Patentibus*. Iis usus est aliquando *Willelmus* I. Chartas tam *Saxonico* more signis *Crucis* factis, quam *Normannico*, sigillo appendente, confirmandi mos erat apud *Anglo-Normannos*. Non adeo tamen obtinuit ille mos, quin ab eo, quoad multa, recessum esset, quod Chartæ multæ ostendunt. Secunda differentia inter factionem Chartarum *Anglo-Saxonicam*, & *Anglo-Normannicam*, quæ ex Chartis etiam citatis constat. Mos erat *Anglo-Saxonibus* unam eandemque Chartam in pluribus tabulis, sive exemplaribus conficere. Id pluribus exemplis monstratur. *Willelmus* I. etsi in Chartis conficiendis innovator, nonnullas tamen, *Saxonico* ritu, absque sigillo adpendente confecit. Id Chartæ Ecclesie *Exoniensis* exemplo docetur. Quæ graviter à Chartarum studioso exploranda sunt, ut Veras à Fictis distinguat. De tempore, in quo Chartæ ab *Anglo-Saxonibus* primum factæ sunt. De *Æris*, quibus in *Anglo-Saxonum* donationibus tempora designari solebant. In septimo seculo annus incarn. Christi, sed sæpius annus *Indictionis* solus ad designanda Chartarum tempora, usurpatus erat. Octavo sæculo haud multum progresso ad annum *Indictionis* annus *Christi incarnati* ante *Caroli* Magni tempora in designandis Chartarum temporibus frequentissime accessit. Originalis *Commentarius*, sive *Recordum* eorum, quæ acta sunt in Synodo Pan-Anglicâ, quæ *Cloveshousi* in Regno *Merciorum* convenit, *Saxonice*. In qua Synodo Rex, *Aldermannus*, & *Sapientes* cum Clero confederunt. In notandis Chartarum temporibus ad annum *Indictionis* & *Christi*, accessit etiam non raro annus *Regni*. Quinetiam quemadmodum tempus, sic etiam locum non raro notarunt *Anglo-Saxones*, in quo Chartas conficiebant. Tempus confectæ Chartæ aliquando in principio, sæpissime in medio, nonnunquam etiam, sed rarissime, in Chartæ fine notatur. Chartæ *Anglo-Saxonum* nominibus confectæ, quæ rubris aureisve literis, aut rubris aureisve *Crucis* signis splendent, falsitatis suspiciendæ semper sunt. Id multis exemplis docetur. à pag. 63, ad pag. 83.

XII. De generibus Donationum apud *Anglo-Saxones*. pag. 83. Donationes sunt vel *sine Scriptis* sive *Verbales*, vel *cum Scriptis* sive *Codicillares*. Utræque sunt vel *Simplices*, vel *Solennes*. Præterea Donationes respectu donorum sunt vel rerum *Mobilium*, vel *Immobiliium*. Quid ad perficiendas rerum *Mobilium* Donationes requisitum erat. Prædia & quæ ad prædiorum exemplum dabantur apud *Anglo-Saxones* quemadmodum *cum Scriptis*, sic *sine Scriptis* solenni more conferri solebant. Id probatur exemplis. Donationes etiam per scripturam ritibus maxime solennibus non raro celebrari solebant apud *Anglo-Saxones*. Id probatur exemplis. Donantes ad Ecclesias profecti non raro Chartas suas solenni more super altaria ponebant. *Ranulphus* Dunelmensis Episcopus Annulum cum Charta super altare ponebat. Ubi in margine de *Investitura* dicta Ecclesiarum per Annulum & Baculum. De *Cessitis* traditione solenni

- apud *Anglo-Saxones*. Donationes sine ea perfectæ apud illos fuerunt. Ab ea ortus videtur solennis ille ritus *Anglo-Normannorum*, quem Forenses nostri vocant *Libery and Seizin*, sine quo terrarum Venditio & Emptio instrumentalis, vel pretio numerato, olim non constabat. Donationes *Anglo-Saxonum* scriptis confectæ considerantur quoad jus, quod donans donatario in prædiis conferebat. Quot Chartulario *Anglo-Saxonico* & *Normanno-Saxonico* postponenda censet auctor. Chartæ R. *Eadgari* de *OSWALDESLAWE* examinatio & censura. à pag. 83, ad pag. 87.
- XIII. Legum *Saxonicarum* desideratur editio nova prioribus auctior & emendatior, quæ à nemine nisi à *Saxonica* Linguæ & antiquitatis peritissimo expectanda est. Quæ in nova Legum istarum editione præstanda sunt. Leges *Saxonica* *Æthelberhti* I, *Hlotharii*, & *Eadrici*, regum *Cantia* cum *Versione Latina* *Joh. de Laet*, Antwerpensis, in locis nonnullis ab Auctore emendatâ, qui rationes dicit, quibus inductus leges illas antea non editas in libro suo edendas existimat. à pag. 87, ad pag. 98.
- XIV. Desideratur *Homiliarium Saxonicum*, seu *homiliarum Saxonicarum* selectior Sylloge. Quid in eo opere præstandum auctor censet. Id autem nemo nisi Linguæ, & historiæ *Anglo-Saxonica* peritus literario orbi dare potest. Sermo *Lupi* Episcopi in die solenni indicti jejunii ad populum habitus, *Saxonice*, cum *Dani* *Angliam* terra marique maxime affligerent. Rationes dicit Auctor propter quas sermonem istum Latine versum edendum in libro suo putat. à pag. 98, ad pag. 108.
- XV. Desideratur liber, qui *CENTO SAXONICVS* inscribi potest, in quo fragmenta multa *Saxonica*, incertorum auctorum opuscula varia, rerumque descriptiones collectæ edi debent, ne æternis tenebris damnentur. Id genus nonnulla pretiosa fragmenta ab auctore descripta *Speciminis* nomine imprimuntur. In hoc Capitulo de *Nummorum Saxoniorum* generibus, ut de *Stica*, de *Helsingo*, de *Peningo*, de *Scearta*, de *Thrimsa*, de *Scyllingo*, de *Mancussa* vel *Marca*, de *Ora*, & de *Punda* Dissertatum est. *Juramentorum* formulæ solennes apud *Anglo-Saxones*. personarum jurantium æstimatio. de finibus intra quos *Pax Palatina* sancte servanda erat. Historiola *Causæ*, quæ determinata erat in Curia Publica per *Eadgarum* R. in tribunali sedentem. Ratio propter quam Auctor istius causæ determinationem exhibuit. De Sanctis in *Anglia* Sepultis, *Saxonice*. cum *versione Latina*, à pag. 108, ad pag. 121.
- XVI. Literaturæ & Antiquitatis *Saxonica* utilitas ex eo ostenditur, quod nemo, nisi qui illis instructus, *Britannia Saxonica*, & *Dano-Saxonica* Topographiam, quam literatus Orbis maxime desiderat, publico dare potest. Quid per topographiam istam intelligit Auctor. Quo in libro, & quo ordine regiones, provincias, urbes, &c. quæ in *Saxonum* aut *Danorum* imperio, sive in *Anglia*, sive in *Scotia* sitæ erant, describendas censet, & quid in opere isto Topographico præstandum à Linguæ *Saxonica* perito proponit. pag. 121, 122.
- XVII. Danda doctis viris est opera, ut *Arctoi* Orbis Linguas omnes antiquas intelligant. In iis omnibus scriptos esse libros auctor ostendit, qui illorum operam compensabit. *Hialmari* R. *Biarmlandia* historia, *Runice*. à pag. 123, ad pag. 148.
- XVIII. Linguarum Veterum *Septentrionalium* Scientiam non tantum utilem sed quodammodo necessariam ostendit auctor ex erroribus, quibus lapsi sunt præstantissimi Viri, Lexicographi, Glossographi, & Archæologi, qui Linguarum istarum aut nullos, aut non omnes intellexerunt; aut si aliquam forte intellexerint, ejus tamen perfectam scientiam non adepti sunt. *ibid.*
- De *F. Junii* F. F. Linguæ *Anglicanae* Etymologico. doctissimi cujusdam *Succi* de eo judicium. quæ in eo desiderantur. *Anglis* omnibus, *Scotis*que, qui aut *Vetustos* suos scriptores, aut sermonis sui provinciales *Dialectos* recte scire velint, Linguarum Veterum *Septentrionis* scientiam Auctor ostendit esse necessariam. pag. 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155.
- XIX. Illarum notitia illi necessaria est, qui unius alicujus earum glossarium recte velit scribere; ut & illi, qui *Borealium* gentium Nomina *Propria* recte velit explicare. Quid docti in hac re tentarunt. *Gothici* etiam Orbis doctis viris necessaria est illarum linguarum scientia, quotquot de patriæ suæ sermonum hodiernorum origine & progressu recte velint scribere, aut penitiores eorundem recessus perscrutari. Necessaria etiam iis est illarum scientia, qui patriarum linguarum grammaticas *ratiocinativas*, vel *scientificas* (detur verbo venia) scribere velint; & utilis omnibus, qui accuratissimam, quæ acquiri potest, multarum aliarum linguarum scientiam adipisci cupiunt. pag. 157, 158.
- XX. Linguis *Vetustis Septentrionis* qui eruditus est, bonos quosdam auctores præsertim historicos, qui de *Gothorum* Origine rebusque gestis scripserunt, majori non tantum cum delectatione, sed uberiori etiam cum fructu lecturus est. Iis etiam, qui eas intelligunt, non adeo necesse erit Lexica & Glossaria *Latino-Barbara* versare. Dissertationem claudunt *Andreæ Fountaine* Equitis aurati numismata *Saxonica*. pag. 158, 159.